

D. O. M. S.

Lessus

&

Illuvies

Plorabilium Lachrymarum

in

Funus

VIRI

Genere, Fama, Virtute, Prudentia, Auctoritate,

Magni

DNI. SIGISMUNDI.
HORNII.

hactenus

Consulis & Camerarii

de

Patriâ-Freibergâ

Ejusd. Senatu,

Templis & Scholâ;

Juventute Paupertinâ,

Bonisq; omnibus,

Invidiæ etiam judicio,

Meritissimi,

Idibus Maii Ann. 1666.

in

Æde Cathedrali

contumulandum,

anxiè desiderata

ab

Amarè quidem, sed non satis dignè,

Patronum suum,

Dum Deus sinebas,

Opt. Max.

plorante

Gratitudine.

M. And. Beyeri, ConR. et. Lyc.

Consign. Literis Georgi Beutheri.



Vis mihi dat, totas caput hoc vertatur in
2 M O undas,

Totq; fluat guttis, quot stetit ante co-
mis?

Qvis mihi dat, liqvidis stillent quoque bra-
chia rivis,

membraq; de fluido sint liq; facta vitro?

Qvis facit, ut mergant lachrymum vaga flumina vultum,

Ceu vagus Isiacos obruit annis agros?

O utinam celeres vertar novus Acis in undas,

Ludere vel possim formâ, Achelœe, tuâ!

O mea si fierent duo flumina, lumina bina,

Ut posset lachrymis unda sat esse meis!

O saltem obscuri fuerim modò nominis annis!

Sufficeret, nam sic sufficerentur aquæ.

Sic mea inexhaustis fluere duo lumina rivis,

Sic testes luctus hæc mihi mœsta forent,

Dum stupet & nescit vox interrupta dolore

Exitum ab immenso, vel lacerata fluit.

Nec sibi mens, nec lingua, sibi sub pondere constat,

Nec ratio, ut par est, fungitur officio,

Non aliter perculsa sui HORNI funere, eam ac si

Perderet ætherio grandior axe sonus.

Sic miscere meos possem cum flumine rivos,

Quod facit ex lacrymis Urbs viduata Duce,

Dum dilecta Parens-Freiberga, Senatus, & omnes

Conscripti Patres lumina mœsta rigant.

Omnis dum calidis latè loca quæstibus implet,

Dedita lætitiis, quæ fuit ante suis.

Dum gemit, & fœrale Decus per strata viarum

Cupressum, in luctus ingeniosa locat.

Dum prætensa sacris adytis velaria, quondam

Splendida, jam noctis tincta colore jacent.

Dum

Dumq; Quirinalem trabeam, Cinctumq; Gabinum
Ordo Patrum, gemmas exuit atq; Themis.

» Dum qverulus clamat. noster, quo vadis, Ocelle,

» Horni, Flos Patriæ, Fulgide Juris Apex,

» Dulce tui populi Decus, & Tutela Senatûs,

» Virtutum Splendor, Nobilitatis Honos,

» Saxonïæ Dilectæ Patri, Statibusq; probate,

» Aulæ Saxonïæ Nestoribusq; placens,

» Infantis mensura boni, mens nescia frangi,

» Et conjuratis succubuisse malis.

» Civica dum geminat laudum præconia tanta,

» Hunc interpellans clamat & usq; Cohors:

» O Pater, O Tutor, Lumen, Solamen, Asylum,

» Freibergæ nostræ certa Medela malis!

» Ut primum meruisse datum est tot puncta Senatus,

» Summaq; Freibergæ rostra tenere fori,

» Tunc fortunatam Freibergam Confule tanto!

» Cuius & in factis laus & in ore fides,

» In quo Candor, amor Patriæ, cõiere fidesq;

» Consilium prudens sollicitusq; timor.

» Qui miti gravitate potens, qui comis in omnes,

» Qui suberant, solis fontibus, asper erat.

» Qui catus utilium provisor, & omnia secum

» Mente volutabat terq; quaterq; probè.

» Quiq; sui potior Judex, rectoq; cieri

» Nunquam vi potuit, nec prece, nec pretio.

» Byssina cui nocuere nihil poppy smata, nunquam

» cui placuit reprobo scenore culta Themis,

» Nil auri maleficus amor, nil æstus honorum,

» Hic potuit, quæ alios præcipitare solent.

» Quo Rectore foris crevit respublica, crevit

» Quo simul & Patriæ res moderante domi.

» Pro Patriæ toties qui libertate locutus

» Nostraq; quæ sivit comoda mille simul.

Tu

Tu mihi, dum clamat, cumulas, Vir Magne, pericla,
 Quæ mihi post obitum sunt subeunda tuum.
 Heu præfaga mali nostra haut incauta futuri
 Urbs sibi morte Tuâ commoda nulla timet!
 Sic Patriæ vixisse juvet, sic funus & umbram
 Ploret & meritum Patria tota Virum?
 Cur moreris fasces inter titulosq; Tuorum,
 Cur patriæ pergis laudis amore frui?
 Talia dum Cives & Turba ad fidera jactat,
 Possem sic lacrymis ista probare meis.
 Quum mihi vel gemitus imo de corde profusi
 Murmura semesa & verba petita negant,
 Quæis, quo Musarum Hic flagravat amore, referrem,
 Quamq; ipsi cordi Magnus Apollo fuit.
 Qua curâ parvis alimenta nepotibus hu jus
 Præbuit, immunes sustinuitq; domi,
 Sustinuitq; foris, cum quis toleraret in umbra,
 Aoniâ vitam Pieridumq; sinu.
 Quâ curâ reduces liquidis Charitum ora lavatos
 Fontibus, excepit juvit & Officiis.
 Qua curâ pullos promovit fortis iniquæ
 Castalidum, atq; datas jussit obire vices.
 Sed Luctus jubet esse brevem, suspiria fontes,
 Et latices ficcant publica damna meos.
 Acre gelu stringitlachrymarum flumina, ut haud sim,
 Ceu volo, iis tumulo hæc scribere verba, potis:
 Hic recubant Horni cineres, qui Consule terris
 Deposito, Civis maluit esse poli.

F I N I S.



D. O. M. S.
Iesus

&

Illu
Plorabilium L

i

Fu

VI

Genere, Fama, Virtute,
M

DNI. SIGI

DI.

HO

Confulis

Patriâ.

Ejusc

Templ

Juventut

Bonisc

Invidiæ e

Me

Idibus Ma

Æde

cont

ana

Amarè qvider

Patro

Dum

O

Gr

M. And. Beyer, Conlect. Lyc.

Consign. Literis Georgi Beutheri.

